

THRENODIA

In exequiis

DOMINÆ

NOBILISSIMÆ VIRTUTIBUSq; sui sexus conspicua

ANNÆ CA- THARINÆ natæ KIESLINGIÆ, VIRI

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, atque
Consultissimi DOMINI

JOHANNIS GO- THOFREDI ROESNERI.

PRÆ-CONSULIS REIPUBL. THORUNIENSIS
GRAVISSIMI, COLLEGIIQVE SCHOLARCHALIS

PRÆSIDIS,

UXOR IS CHARISSIMÆ

ANNO MDCCVIII. DIE XXX. SEPTEMBRIS

ipsâ Dom. XVII. post Trinit.

lugente calamo

expressa à

THOMA LINCKIO
SS. Theol. Stud.

E Typographo Nobilissimi Senatus & Gymnasi.

Solve comas, URBS ALMA, tuas, Helico-
nia turba,
Et vos Pierides cytharas suspendite vestras,
Tuque Minerva ROSAS lugubres pallida
sparge! (*)

Nunc ubinos pestis vexant atrocia fata,
Quæ jam succinèt olibitinæ tempore dant hunc,
Jam quoque dant illum, cùi spes fuit ampla per annos
Nestoreos vixisse hodiè, ROESNERIA mortis
Falce resecta cadit placidæ spem votaque præter,
Conjux omnino tanto PRÆ-CONSULE digna,
Lux generis, sexusque sui speciosa corona,
Mille Marito MAGNIFICO solatia præbens,
Virtutis quoddam templum venerabile, sidus
Sinceræ pietatis amabile, copia fandi.
Atque lepos data cùi fuerant, quæ, dote supernâ
Corporis ac animi, referebat, prædicta, odorem
Eximum, ROSA amoena quoad medio ipsa roseto
Florebant thalami, paseens adaperta Mariti
Lumina, deliciasque creans nunc fata dolenti
Extinctæ subito uxoris, defloruit illa
Cum vix, crudeli mortis vi rapta minacis.
Scilicet hic mos est divini Numinis, ut vel

(*) Respiciunt hic ad veterum morem, beare Defunctorum sepulchra res alias
ve floribus conspergentium, teste Prudentio in Hymno Exequiali, & Hieronymo, qui
in Epistola ad Pamphilium de obitu uxoris: Cæteri mariti, inquit, super tumulos Con-
jugum spargunt violas, ROSAS, lilia, floresque purpureos. conf. B. Geier, de luctu He-
breor. c. 6. §. 18. Qvenstedt. de sepulturâ veterum c. 13. pag. 140. §. Sam. Bened. Carp-
zov. Oss. Virid. in Praefat. pag. 30. 31. & D. Joh. Bened. Carpz. Conc. Funeb. Tom. I.
pag. 2.

In medio sæpè abripiat modò flore subinde,
Quam sibi servatam voluit per tempora cuncta,
Transferat ac ipsam, (veluti transfertur in horto
Ad meliorem ejus tractum ROSA, quò magis illic
Proveniant flores) æternæ ad gaudia vitæ,
Cœlestes Paradisi colas quæcunque manere
Verum testatur Numen, quod fallere nescit.
Idcum nunc quoque contigerit, VENERANDE

PATRONE,

Defunctæ in Domino Uxori, an defloruit ipsa,
Ex quo Parcarum invidiâ feralibus umbris
Occubat? Absit! idem medium fuit haec tenus illi,
Quo surrepta malis tot mundi, ad gaudia mille
Alterius vitæ translata est, ut ROSA munda,
Haud spinis ibi cincta magis crucis atque nefandi
Criminis, in Paradisi acis effloreat hortis.

Ossaque quantumvis tegat ejus putrida bustum,
Mox eadem rediviva tamen, seu floridare redet
Postrema ista dies, quæ floribus exuet orbem
Omnimodis, sanctisque dabit per secula centum
Deliciis vitâque frui felice beatis,
Verubi continuum est, ac largis messibus æstas.
Hac spedum firmâ TE lactas, MAGNE VIR, esse
Jure studes ROSA odorifera hujus civibus Urbis,
Quod velut insigni præ se fert ominenomen.

Illud ut in numeros post hac quoque floreat annos
Hos graviter gemitus imo de pectore dicit,

Est

Est cū ROESNERI nomen venerabile' mecum:
Summe DEUS, benefactorum qui reddis odorem.
Quotti diè nobis largum, caput erige MAGNI
ROESNERI declinatum, ut ROSA floreat ista,
Ejus & auspicio quoddam sit porrò rosetum
THORUNIUM, credatquò tandem quæque Sinistra
Mens, TE consiliis PRÆ-CONSULI Shujus adesse,
Quæ passim foveat, arcanis, nec pestifera urbem
Amplius infestent mala; sed servata periclis
Abelli pestisque ea cunctis florida semper
Existat, desintque ipsi monumenta doloris,
Quæ moesti graviter pergant affligere pectus!

